Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Liber Qvintvs. De Hispania secundùm recentiores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

LVSITANIA. *Complectebatur Portugalliam ferè totã, hoc eſt ſeclusâ parte Septentrionali. Tollebat & partes Extremaduræ, Caſtellæ atque Legionis.*	Caput *Auguſta Emerita*, in gratiam Auguſti ſic dicta qui eò Coloniam miſit. Hæc erat Conſularis.
GALLÆCIA. *Continebat Galiciam totam, partem Portugalliæ exiguam; Legionenſe Regnum cum Aſturiis, Biſcaiam Magnam cum Caſtellâ Vetere.*	Caput *Braccara Auguſta* ſub præſide erat teſte Sex. Rufo, ſed poſtea Conſularis eſt facta, & iterum Imperio inclinante præſidem habuit.
TARRACONENSIS. *Complectebatur aliquam partem Caſtellæ Nouæ, Regna Nauarræ, Aragoniæ, & Catalaniæ integra, cum minutâ parte Valentini.*	Caput *Tarraco* in littore, dicta & Iulia victrix Tirrhenica. Præſidem tantùm habuit.
CARTHAGINIENSIS. *Continebat Murciæ Regnum totum, & maximas partes Valentini, atque Toletani ſeu Caſtellæ Nouæ.*	Caput *Carthago Noua*. Hæc tantùm à Pręſide regebatur.
INSVLARVM. *Complectebatur Regnum Maioricenſe.*	Vbi tres vrbes celebres, *Palma*, *Mago*, *Ebuſus* in tribus maioribus Inſulis, in eas olim Præfectus miſſus, deinceps fuit à Præſide adminiſtrata fuit.
MAVRITANIA TINGITANA. *In Africâ, continebat Regna Maroci, & Feſſæ & Inſ. Calis.*	Caput *Tingis*: dicebatur & Hiſpania Transfretana, & Tingitana, & ei Præſes ius dicebat.

LIBER QVINTVS.

De Hiſpania ſecundùm Recentiores..

HISPANICI ſedem, vt vocant, Imperij, hoc libro perſequimur, quod exiſtens ex tenuibus initiis, & minutis ſenſim partibus conflatum, per totum orbem patrum noſtrorum memoriâ diffuſum, noſtrâ ætate concuti, & labare cœpit; quia vix ſe ſuâ ferebat mole.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAPVT PRIMVM.

De Hiſpania recentiori in genere.

§. 1. *Nomen Hiſpaniæ.*

LIcet Hiſpania varios ſubinde ſit experta dominos, & Barbarorum prædæ patuerit ſæpiùs, eorum tamen non accepit nomen, vt Anglia, & Francia, niſi fortè in quibuſdam partibus vt *Andaluzia*, & *Catalania*, vt mox dicetur.

§. 2. *Quantitas Hiſpaniæ.*

Longitvdo eius maxima deſumitur à Pro. *Sanctæ Crucis* ad Prom. *Finis terræ*, quæ diſtantia ad Sphæram reuocata, dat vndecim gradus maioris circuli, ac proinde 660. M. paſſuum.

Latitudo, conſideratur à *Freto Gaditano* ad Prom. *Ortegal*, ad totos octo gradus porrecta, qui reddunt 540. M. P.

Circuitus paulò maior definitur à Mariana lib. 1. Nam à Crucis Prom. ad primas *Freti fauces* numerat 1080. M. Paſ. Hinc ad caput *Finis Terræ* 904. M. P. Inde ad fines Francicos 535. M. P. Nunc verò nautæ à *Pro. S. Crucis*, ad Prō. *Martini* 270. M. P. Hinc ad Prom. *Gates* 240. M. P. Exinde ad exteriores fauces 210 M. P. qui numeri ſimul ducti reddunt 720. M. P. A *faucibus* autem ad Pro. *S. Vincentij* 160. M. P. Hinc ad Pro. *Sintra* 120. M. P. Inde ad Pro. *Finis Terræ* 400. M. P. Summa huius lateris 680. M. P. Denique hinc ad *Fontarabiam* 390. M. P.

§. 3. *Qualitas Hiſpaniæ.*

Qvibvsdam in locis mirè fertilis, quibuſdam ſterilis ſupra modum; ita ſe hîc prodigam, aut nouercam natura præbet. Fert fructus admodum ſuaues vtpote magis excoctos: atque ita quandiu ſuppetit Hiſpanis frumentum natiuum, noſtrum faſtidiunt, paniſque hîc quàm apud nos ſaporis exquiſitioris. Vina Hiſpanica per totam Europam, imò orbem diſtrahuntur. Minio iam diues vt olim, item auro, & argento, cuius metallicæ 500. numerantur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnes deſertæ foſſorum inopiâ. Quod minus populoſa ſit effecêre Coloniæ per totum orbem ſparſæ. Teſtes 20. millia Luſitanorum Goæ, 4. millia Hiſpanorum Mexici, ſex M. Cuſci in Peruuia, vt taceam arces vbique gentium excitatas; itémque nauigationes longinquas, quæ quantum hominum abſumant teſtantur noſtræ vrbes maritimæ. Ante aliquot annos educere poterat Rex Hiſpaniæ 100. hominum armatorum millia: in bello Algeriano 500. naues inſtruxit, in Tunetenſi 600. in expeditione Anglicanâ 300. naues armatas. Numerantur in Hiſpaniâ 1500. oppida murata, quorum vndecim Archiepiſcopos, 65. Epiſcopos habent.

§. 4. *Religio Hiſpaniæ.*

EIVS ſupra reliquos Europæos fuere retinentes, ideóque vna ab hæreſibus intacta eſt; ope maximè Inquiſitionis quæ primùm in Mauros & Iudæos diſtricta, in Hæreticos quoque laxata eſt. Ab eâ qui mulctantur induti veſte quam *Sanbenito* vocant, raptantur ad ſupplicium cum iis ceremoniis, quæ populo terrorem incutiant.

§. 5. *Mores Hiſpanorum.*

LABORIS ſunt, & inediæ ſupra modum tolerantes, quibus hactenus multa præclara confecêre. In militiâ ordinũ retinentiſſimi, certiſſimi fiſtulatores, haſtati loco moueri difficiles. Mirus eorum in Principem rémque publicam amor. Inuidiâ laborant apud omnes gentes, quod Imperij magnitudini tantùm tribuit Mariana. Nuſquam gentium, quàm hîc, eruditioni præmia certiora: quamquam litteras humaniores iacere queratur Mariana. Neque minus certa militiæ præmia, quibus miles gregarius ad Imperium promoueri poteſt. Certè omnes ferè ex prouinciis, & arcibus diuites redeunt.

§. 6. *Lingua Hiſpanorum.*

PRÆCIPVA hîc Caſtellana ex corruptione Latini idiomatis. Luſitana ex Gallicâ, & Caſtellanâ temperata, ideóque elegans, & auribus grata. Valentina & Catalanica Narbonenſi propior, in

quam tamen aliquæ voces Caſtellanæ irrepſerunt. Sola Biſcaia antiquam Hiſpanicam retinet, licèt aliqui reclament; quoniam voces *briga*, *cetra*, *falarica*, *lancea*, antiquæ Hiſpanicæ hîc non audiuntur; ſed quis neſcit voces quotidie intercidere, & renaſci.

§. 7. *Merces Hiſpaniæ.*

Emittit *Oleum puriſſimum* ex *agro Hiſpalenſi*: *Vinum* generoſiſſimum, ex *Malacenſi*. Aurum & argentum aliàs domi natum, nunc ex vtrâque Indiâ importatum habet. Hîc quoque *Minij* plurimum effoditur, *Ceruſſa* optima conficitur. *Lana* tenuiſſima, *Panni* magni pretij, *Pelles* probè maceratæ. Hinc quoque *lapides ſpeculares* exportantur, & *marmora* varij coloris. Vno verbo terra ſuis contenta bonis eſſet, niſi nauigationes, longinqua bella, & per totum orbem ſparſum Imperium diſtraheret incolas.

§. 8. *Politia Hiſpanorum.*

Svb Imperatoribus quamquam vexarentur à Mauris, & Numidis, tamen vtcumque florebat Hiſpania. Donec imperante Honorio euocati per Stiliconem Sueui, Alani, Vandali in eam ſeſe infuderunt: in quam pariter ingreſſi ſunt Viſigothi, qui tandem hîc rerum potiti ſunt, cæteris exterminatis. Gothorum Rex vltimus Rodericus homo turpiſſimus à Saracenis per Iulianum euocatis regno ac vitâ priuatus eſt. Chriſtiani in Aſturias compacti Principem Pelagium elegerunt qui Ouetanum Regnum reparauit, quod Legionenſis fermentum fuit. Ex eo Caſtellæ, Portugalliæ, Galiciæ, regna prognata ſunt, adiuncta denique Murcianum, & Granatenſe. Eodem ferè tempore Garcias Ximenius verſus Pyrenæum Regnis Nauarræ, atque Sobarbiæ dedit initium, cui accreuere Aragonium, Catalanicum, Maioricenſe & Valentinum, quæ omnia demum vnita ſunt in Ferdinando Aragoniæ, & Iſabella Caſtellæ Regibus, quibus apicem Philippus II. impoſuit, vt mox in ſingulis regnis oſtendemus.

Regnum hoc à Rege quidem, ſed per conſilia νομίμως adminiſtratur. Hæc 12. numerantur, ſecluſâ Inquiſitione. Primum politicum proreges eligit, ſecundum Imperatores. Habent & ſua deinceps conſilia Aragonia, Caſtella, Italia, India, Luſitania.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inter Nobiles primi ſunt, qui Magnates dicuntur, vulgò *los Grandes*, qui coram Rege caput tegere, & in eius Capellâ ſedere poſſunt. Militia Regia velleris aurei ex Burgundia traducta vulgò *de la Toiſon d'or*. In Caſtella quoque ordines S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ; in Aragonia Monteſani, in Luſitania Chriſti, S. Iacobi & Auiſij.

Exquiſitum hîc quoque Politiæ genus ad ſcelera compeſcenda; pauci enim impunè ſcelera grauiora perpetrant. Habent enim homines induſtrios, qui fugitiuos indagent, & plerumque ex alienis regnis callidè ad pœnam retrahant. Hoc forum vocant *Hermanda*: tempore Ferdinandi & Iſabellæ excogitatum ad compeſcendas cædes, & exinde ſingulari Regum curâ in magnam Reip. vtilitatem conſeruatum.

CAPVT II.

De ſingulis Hiſpaniæ Regnis.

§. 1. *Regnum Legionenſe.*

CVIVS prima informatio fuit Regnum Ouetanum *d'Ouiedo*, aliter Aſturiarum, ſub Pelagio, ita dictum quod Legio *Leon* Mauris erepta regni huius ſedes effecta eſt. Ex eo primùm Comites, & Gubernatores in Caſtellam, & Biſcayam immittebantur: ſed alia poſthæc inducta fuit adminiſtratio, vt mox oſtendemus. Regio hæc ſterilior niſi in paucis vallibus.

§ 2. *Regnum Caſtellæ.*

PARS Caſtellæ quam Mauri occupare non potuerant, aut iis erepta fuerat captâ Legione, à Caſtello nomen accepit, quod excitauere Reges Legionis vt Mauros repellerent: & in eam agri partem Iudices, ſeu Comites ſubmittebãt. Sed cùm perfidè euocatos Ordonius II. iugulaſſet rebellauere Caſtellani, & ſibi Comites præfecerunt. Mox ad vnicum Ferdinandum Gonzalem tota ditio deuoluta eſt, ex quo prognati Caſtellæ Reges. Tandem ſub Ferdinando Magno Legionenſe & Caſtellarum coaluerunt. Caſtella duplex Vetus & Noua. *Vetus* tantùm fertilis circa Valliſole-

ſoletum, & in paucis vallibus. Frumentum hîc optimi ſaporis vt pote è ſicciori ſolo. Incolæ fortes, εὔξενοι, vrbes optimè temperatæ per viros quos *Fieles* vocant. *Noua* paulò ſiccior, & minus rigua quàm Vetus, & ferè pluuiis carens: tamen circa Madritum, & ad Tagum ſatis ferax. Diues pecore, oleo, croco, & melle.

§. 3. *Regnum Galiciæ.*

Factvm eſt ab Alphonſo quinto, qui Sancium Regem Galiciæ creauit, ſed poſtmodum iterum vnitum Caſtellæ in Alphonſo Legionenſi. Data quoque fuit Galicia Henrico primo Comiti Portugalliæ, ſed an tota, an pars duntaxat non eſt huius loci definire. Certè Luſitani quidam Galiciam Regno Portugalliæ contribuêre. Regio hæc frigidior reliquâ Hiſpaniâ vt & minus ferax, niſi in quibuſdam vallibus; ſed puriſſimo aëre perfruitur. 50. vrbes muratas numerat, & celebratur peregrinatione S. Iacobi cuius corpus ſeruari Compoſtellæ religiosè creditur.

§. 4. *Regnum Andaluſiæ.*

A Vandalis accepiſſe nomen fatentur omnes. Prima hæc Maurorum crudelitati patuit, vbi & duo regna conſtituêre Cordubenſe, & Hiſpalenſe: quæ tandem Caſtellæ adiuncta ſunt per Ferdinandum tertium cùm ex Andaluſiâ Mauros Granatam compuliſſet. Regio fertilitatis ſummæ, in qua nihil ad vitam, nihil ad voluptatem deſit, digna planè fictione camporum Elyſiorum.

§. 5. *Regnum Granatenſe.*

Cordvbensibvs rebus peſſimè cedentibus Mauri ſelegêre ſibi Mahumetum quendam humili loco natum ſed fortem, qui rem Mauricam fulciret, à quo Regnum hoc ſæculo Chriſti 13. inſtitutum eſt. Viguitque vltimum Maurorum in Hiſpaniâ, neque ante Ferdinandum & Iſabellam deiectum eſt. Poſtea tamen hinc omnes expulſi Mauri patrum noſtrorum memoriâ. Totus hic tractus magna ex parte deſertus licèt fertiliſſimus & minimâ culturâ indigens. Laudantur eius vuæ paſſæ, & vina Malacenſia, aliàs & ſerica.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 6. *Regnum Murcianum.*

DIV quoque hæc Regio Mauris paruit: ſed tandem arce Murcianâ Alphonſo Infanti redditâ ſæculo 13. Caſtellæ adiunctum eſt, cùm Mauros agnouiſſet dominos annis 500. Nunc proregem habet; laudatur ob mala citrea, aurea, punica, & ſaccarum, vinúmque totius Hiſpaniæ generoſiſſimum.

§. 7. *Regnum Portugalliæ.*

ORIGINEM habuit in Henrico è regia Capetorum familiâ, cui ob fortitudinem in bello Maurico Alphonſus VI. filiam ſuam Thereſiam dedit, & dotis nomine quidquid in Portugallia, & Galiciâ Mauris eripuerat ſub nomine Comitatûs cliẽtelaris ſæculo Chriſti vndecimo. Sed eius filius ab indigenis Rex proclamatus eſt. Periit Regum horum proſapia Sebaſtiano in Africa infeliciter cæſo, de cuius hereditate dum plures iure diſputãt, rationibus ſuis Philippus Rex Hiſpaniæ arma coniunxit, & ſibi cauſam adiudicauit. Hiſce temporibus in Ducem Bragantiæ iterum à Caſtellano diſtractum eſt. Tota Regio miræ fertilitatis, atque etiam Orienti alendo penè par. Incolæ magni animi, & religioſiſſimi Indiarum domitores. Equos velociſſimos hæc regio ſufficit, vnde fabulæ locus de Equabus ex vento concipientibus. Dictam eſſe volunt à Portu Gallorum vt Marinæus & alij. Meliùs ab vrbe *Porto* quæ apud Antoninum *Portus Cala* & *Calem* appellatur.

§. 8. *Regnum Algarbiæ.*

A Mauris ſic dictum quaſi *Campus fertilis*. Conceſſum eſt Alphonſo tertio per Alphonſum Sapientem in dotem Beatrici filiæ, & Dionyſius ab iis ſuſceptus ſe Regem Portugalliæ, & Algarbiæ dixit. Regio vberrima, & portuoſa, littus piſcibus refertiſſimum.

§. 9. *Regnum Aragoniæ.*

TEMPORE Garciæ Inigo Nauarræ Regis, Comites Aragoniæ ſuccreuiſſe dicuntur. Et eorum primus creditur Aruaſius, qui ob

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rem proſperè in Mauros geſtam ditionem a d Fl. Aragonem recepit à Rege ſub iure clientelæ, & nomine Comitis. Sub Sancio Magno Regnum inſtitutum eſt, datúmque primò Ramirio Regis notho, qui poſtea regna Sobarbiæ, & Ripargorziæ, eidem regno coniunxit, ex quibus hoc maximè cenſetur coaluiſſe. Porrò fuit modò Nauarræ, modò Caſtellæ vnitum, aut ſeparatum. Donec ſub Ferdinãdo V. & Iſabellâ Magnum Hiſpaniæ regnum cum Caſtellâ conflauit. Regio quâ Pyrenæum attingit ſatis fertilis, & rigua, verſus Caſtellam ſiccior, & penè deſerta; ferro optimo abundat.

§ 10. *Regnum Catalaniæ.*

A Gothis & Alanis in eâ ſedes coniungentibus nomen accepiſſe creditur, à quibus Gothalania dicitur, à Mariana Catalaunia. Regio egregiè rigua, & quibuſdam in locis ſatis fertilis. Per Martellum, & Francos defenſa ab iiſdem Comites accepit, qui Barcinonenſes appellabantur. Perpetuum habuit primum, Godefridum cognomento Hirſutum *le Velu*, cùm is ſe fortem præſtitiſſet Carolo Craſſo in bello Nortmanico; eâ lege tamen vt Franciæ clientelaris eſſet. Nihilominus Raymundus Berengarius, poſtea dictus Alphonſus cùm duxiſſet Reginam Aragoniæ Comitatum ſuum huic regno coniunxit reclamantibus Gallis: donec per Philippum Audacem lis compoſita. Hic enim Aragonis filiam vxorem duxit, & ius patronatus abalienauit, dummodo vt Rex Aragonius iure cederet earum ditionum, quas ſibi in Galliâ vindicabat. Barcino ſeruat aliquam Reip. formam. Magna autem pars Catalaniæ imitata ſuam Metropolim, ad Gallica ſceptra ſponte tranſiit. Huius pars ante paucos annos habebatur

Comitatus Ruſcinonenſis.

EIVS Comes nominatur Gerardus, qui cùm ſine liberis mortuus eſſet, obuenit Raymundo, ſeu Alphonſo Aragonum Regi. Sed poſtea Iacobus Aragonius hunc pecuniâ, & auxilio vendidit Ludouico XI. in Catalanicis tumultibus. Reſtituit eam Ferdinando Aragonio Carolus VIII. eâ conditione vt Neapolitanos Reges affines eius non iuuaret, in quos bellum parabat. Sed promiſſis non ſtetit, & quod offerebatur accepit. A Lud. XIII. for-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

titer recuperatus eſt. Regio vberrima, & antiquæ Galliæ portio.

§ 11. *Regnum Maioricæ.*

Antequam illas Inſulas inuaderent Mauri in publicâ Hiſpaniæ calamitate, à Piſanis adminiſtrabantur. Cùm ergo his Saraceni diu potiti eſſent, Iacobus Rex Aragonum hinc eos eiecit, & Regno adiunxit ſuo. Sed poſtea aſſignatæ ſunt cum titulo Regio alteri Iacobo fratri Petri Aragonij, qui ex iis fratrem expulit, & Aragonio regno denuo coniunxit.

§. 12. *Valentiæ Regnum.*

Mvltos annos à Mauris Hiſpaniæ dominis occupatum eſt, tandem iiſdem ereptum per Iacobum Aragoniæ Regem, expulſo Rege eius Saraceno Zahele. Nunc per Proregem adminiſtratur. Valentia verò quaſi ſui iuris Reip. formam exhibet.

§. 13. *Regnum Nauarræ.*

Nomen habere dicitur à voce Hiſpanica *Naues* quæ *Planitiem*, & Cantabrica *Erria* quæ *terram* ſonat. Licèt aliqui credant *Nauas* ſignificare agros ſepibus circumdatos, quales hîc multi reperiuntur.

Quemadmodum autem Chriſtiani à Mauris expulſi Ouetanum regnum inſtituerunt in Aſturiis, ſic ad Pyrenæum montem Principem elegêre Garciam Ximenium, qui primus dicitur fuiſſe Rex Sobarbiæ, & Nauarræ. Et in eo perſeuerarunt Reges vſque ad Ferdinandum V. Caſtellæ, & Aragoniæ Regem, qui abuſus interdicto Pontificio Iulij II. Ioannem Albretum, & Catharinam Fuxenſem regno expulit, idque adiunxit Caſtellæ. Itaque ab eo tempore tota *ſuperior* Nauarra paret Hiſpano, *inferior*, & minor portio Gallico ſceptro per Henricum Magnum legitimum huius Regni heredem coniuncta eſt. Regio magna ex parte ſterilis, cui vaſtitatem Hiſpanus intulit quâ partem Gallicam ditionem ſtringit: ne Pompelonem regni caput petere queant Franci, vt aliquando fecerunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 14. *Rioia Regiuncula.*

PARS erat olim Nauarrici Regni, ſed eam vt denormantem Caſtellam ſuam Caſtellanus occupauit. Eam dum repetit Nauarræus, totum perdidit, dum appendicem repetit.

§. 15. *Guipuſcoa.*

NAVARRICI quoque iuris fuit: ſed ſub finem ſæculi 14. Legati eius prouinciæ, ad Caſtellæ Regem acceſſerunt, quærentes ſe vectigalibus obrui, eique ſeſe ſubmiſerunt; & poſt centum annos inſtituta Comitia (quæ *Hermandadas* vocant) quorum auctoritate hæc prouincia gereretur.

§. 16. *Alauæ Regnum.*

APVD Mauros ita dicebatur: ſed Sancius Rex Nauarræ hanc occupauit regionem, in eâque vrbem Victoriam in Pago *Gaſteys* excitauit, & communiit contra Caſtellæ Regem. Verùm tandem expugnatâ per Alphonſum Victoriâ vrbe, magnâ ex parte Caſtellano ceſſit. Et cùm ſibi indigenæ dominum eligerent in campo Arriaga prope Victoriam, eius pertæſi rogauere Alphonſum XII. vt Caſtellæ regno iungerentur, quod impetrauere cum multis priuilegiis, & immunitatibus.

§. 17. *Biſcaya.*

CERTVM eſt Reges Legionenſes in eam Gubernatores miſiſſe Comitum nomine. Sed cùm Zenum quemdam gratioſum populo captiuum abduxiſſent, rebellauêre indigenæ, & eius Generum ſibi principem elegêre. Ab eo prognata familia *Haro*, quæ diu hîc rerũ potita eſt, at ſub clientelari iure Caſtellæ. Nihilominus Rex Nauarræ ſibi partem arrogabat, qui ſe Biſcayæ Dominum appellabat. Quod etiam in præſentia Rex Hiſpaniæ facit, qui cùm eam ſubit, vno pede incedere nudus debet; idque præſtare cogitur intra annum, alioqui reditus non percipit. Vnita fuit Biſcaya cùm Dominus de Haro in obſidione Argezilæ bello Maurico mortuus eſſet, cuius hæreditas Ioanni Caſtellæ Regi obuenit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DIVISIO HODIERNA HISPANIÆ IN XIV. REGNA CVM EORVM APPENDICIBVS.

PENDENT EX CORONA CASTELLÆ 8.	I. CASTELLA VETVS	Burgos: *Bourgues.*
	II. CASTELLA NOVA, ſeu Regnum Toletanum	Madritum: *Madrid.*
	Cuius pars EXTREMADVRA	Pax Auguſta: *Badaios.*
	III. ANDALVZIA	Hiſpalis: *Seuille.*
	IV. GRANATA	Granata: *Grenade.*
	V. MVRCIA	Murcia: *Murcie.*
	VI. REG. LEGIONENSE Cui adiunguntur	Legio: *Leon.*
	ASTVRIÆ OVETANA	Ouetum: *Ouiedo.*
	ASTVRIÆ SANTILLANA	Santillana: *Santillane.*
	VII. NAVARRA Cui adiungitur	Pompelona: *Pampelone.*
	BISCAYA *latè ſumpta* Hoc eſt Biſcaya, Guipuſcoa, Alaua, Rioia.	Fontarabia: *Fontarabie.*
	VIII. GALICIA	Compoſtella: *Compoſtelle.*
EX PORTVGALLIA 2.	IX. PORTVGALLIA	Olyſippo: *Lisbone.*
	X. ALGARBIA	Tauira: *Tauila.*
EX ARAGONIA 4.	XI. ARAGONIA	Cæſarauguſta: *Sarragoſſe.*
	XII. CATALANIA	Barcino: *Barcelone.*
	Vbi Com. RVSCINONENSIS	Perpiñianum: *Perpignan.*
	XIII. VALENTIA	Valentia: *Valence.*
	XIV. MAIORICÆ REGNVM	Maiorica: *Maiorque.*
	Vbi & Minorica & Yuica.	Minorica: *Minorque.* Yuica.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAPVT III.

Portugalliæ Regnum Antiquum.

§.1. *Regio inter Durium & Minium,* Antre-Douro-Minho, *vbi quatuor Commarcæ.*

DISTRICTVS PORTVENSIS *Cõmarca di Porto.*	PORTVS: *Porto,* aliter *Puerto,* ad oſtium Durij. Matozinana: *Matozinhos.* Portus Careræ: *Porto Careiro.*
D. VIANENSIS *Commarca de Viana.*	VIANA: *Viana.* Mencaonium: *Mencaon.* Valentia ad Minium: *Valence ſur le Minho.*
D. PONTILIMENSIS *Com. de Pontelima.*	PONS LIMII: *Ponte lima,* ad Fl. Limium, ſeu Lethen. Soaſium: *Soaz.*
D. GVIMARANENSIS *Commarca de Guimaranies.*	GVIMARANVM: *Guimaranies.* Braccara: *Bragues,* vel Braga ad Fl. Cadauum, *Cauado.* Amaranta: *Amarante,* lautum oppidulum.

§. 2. *Tranſmontana,* Tralos-Montes, *vbi quatuor Commarcæ, ſeu diſtrictus.*

D. MIRANDENSIS *Commarca de Miranda.*	MIRANDA: *Miranda.* Bragantia: *Bragance,* cuius Dux ditiſſimus. Herminius mons: *Aramenha,* vbi olim multùm auri.
D. MONCORVENSIS *Com. de Moncoruo.*	MONCORVVM: *Villa de Torre Mon-Coruo.* Mirandella: *Mirandella.* Villa Florum, ſeu Anthopolis: *Villa Flor.*
D. VILLA REGIENSIS *C. de Villa Real.*	VILLA REGIA: *Villa Real.* Flauiæ: *Chiaues.* Montalegrum: *Montalegro.*

D.

D. PINELENSIS *Commarce de Pinhel.*	PINELVM: *Pinhel.* Fanum S. Ioannis: *S. Iean de Peſquero.* Paredus: *Paredos.*

§. 3. *Extremadura*, Extremadure Portugaiſe, *vbi 6. Commarcæ, ſeu Diſtrictus.*

D. OLYSIPPONENSIS *Commarce de Liſbone.*	OLYSIPPO: *Liſbone*, totius Regni Caput ad Tagum, Fl. *Tayo.* Caſcaium: *Caſcais* ſtatio nauium. Belemum ſeu Bethlehemum: *Belem*, vbi regum ſepulchra in Monaſterio S. Hieronymi.
D. SCALABITANVS, ſeu Santarenus, *Commarce de Santaren.*	SANTARENVM, ſeu Santarena: *Santaren*, quaſi vrbs S. Irenæ Martyris, olim Scalabiſcus. Vlma: *Vlme.* Neopyrgus: *Torres Nouas.* Almerinum: *Almerin.*
D. LEIRIENSIS *Commarce de Leiria.*	LEIRIA: *Leiria* facta Epiſcopalis à Paulo III. Soura: *Soure.* Aroſia: *Aroſia.*
D. TOMARIENSIS *Commarce de Tomar.*	TOMARIVM: *Tomar*, vbi nobilis domus Equitum Chriſti. Abrancus: *Abrancos.* Tancus: *Tancos.*
D. ALANQVERENSIS *Com. d'Alenquer.*	ALANQVERA: *Alenquer.* Villa Franca: *Villa Franca de Xira* ad Tagum. Sintra: *Villa de Sintra*, vnde Promontorium.
D. SETVBALIENSIS *Commarce de Setubal.*	SETVBALIA: *Setuual*, ad oſtium Fl. *Cadaono de palma.* Alcocerum Salinarum: *Alcocer doſal.* Almada: *Almada*, ad Tagum.

§. 4. *Beira, vbi 6. Commarcæ, ſeu Diſtrictus.*

D. CONIMBRICENSIS *Commarce de Conimbre.*	CONIMBRICA: *Coimbre*, ou *Conimbre*, ad Fluuiolum in Mundam cadentem *Mondego.* Mira: *Mira.* Tentugallia: *Tentougal.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. VISEENSIS *Commar. de Viſeu.*	VISEVM : *Viſeu*, Ducatus titulo inſignitum. Luroſa : *Louroza.*
D. LAMEGANVS *Commarce de Lamego.*	LAMEGA : *Lamego*, ad Durium Fl. Aruga : *Arouga.* Salinæ S. Petri : *S. Pedro do ſal.*
D. GVARDENSIS *Com. de Guarda.*	GVARDA : *Guarda*, Epiſcopalis perantiqua, cuius Epiſcopus dicebatur olim Igditanẽſis. Celuricum : *Celourico.*
D. AVEIRANVS *Commarce d'Aueiro.*	AVEIRA : *Aueiro* Ducatus, ad quam optimum ſal excoquitur. Vagus : *Vagos.* Vuga : *Vouga.*
D. CASTROBRANCENSIS *Commarce de Caſtel-branco.*	CASTRVM BRANCI : *Villa del Caſtel-Branco.* Mons ſanctus : *Monſanto.* Bellomontium : *Bellomonte*, in colle ſitum. Saluaterra : *Saluaterra.*

§. 5. *Inter Tagum & Anam*, Antre-Teio-Guadiana, *vbi 5. Commarcæ, ſeu Diſtrictus.*

D. EBORENSIS *Commarce de Euora.*	EBORA : *Euora.* Mons Mauricus : *Monte-moro nouo.* Laura : *Laura.*
D. ESTREMACENSIS *Commarce d'Eſtremos.*	EXTREMA : *Extremoz*, aliter Fines; vbi mortuus Petrus cognomine Iuſtus. Villa-Vicoſa : *Villa vicoſa*, ſedes antea Ducis Braganciæ. Ebora alta : *Euora Monte.* Auiſium : *villa Auis*, vnde Equitum ordo.
D. ELVENSIS *Commarce d'Eluas.*	ELVA : *Eluas*, cuius oleum laudatiſſimum. Oliuencia : *Oliuença*, Comitatus caput. Muranum : *Mourano.*
D. PORTALEGRENSIS *Commarce de Portalegre.*	PORTALEGRVM : *Portalegre*, cuius incolæ percallidi. Toloſa : *Tholoſe.* Mons Albanus : *Mont Aluano.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. VISEENSIS *Commar. de Viſeu.*	VISEVM: *Viſeu*, Ducatus titulo inſignitum. Luroſa: *Louroza.*
D. LAMEGANVS *Commarce de Lamego.*	LAMEGA: *Lamego*, ad Durium Fl. Aruga: *Arouga.* Salinæ S. Petri: *S. Pedro do ſal.*
D. GVARDENSIS *Com. de Guarda.*	GVARDA: *Guarda*, Epiſcopalis perantiqua, cuius Epiſcopus dicebatur olim Igditanẽſis. Celuricum: *Celourico.*
D. AVEIRANVS *Commarce d'Aueiro.*	AVEIRA: *Aueiro* Ducatus, ad quam optimum ſal excoquitur. Vagus: *Vagos.* Vuga: *Vouga.*
D. CASTRO BRANCENSIS *Commarce de Caſtel-branco.*	CASTRVM BRANCI: *Villa del Caſtel-Branco.* Mons ſanctus: *Monſanto.* Bellomontium: *Bellomonte*, in colle ſitum. Saluaterra: *Saluaterra.*

§. 5. *Inter Tagum & Anam*, Antre-Teio-Guadiana, *vbi 5. Commarcæ, ſeu Diſtrictus.*

D. EBORENSIS *Commarce de Euora.*	EBORA: *Euora.* Mons Mauricus: *Monte-moro nouo.* Laura: *Laura.*
D. ESTREMACENSIS *Commarce d'Eſtremos.*	EXTREMA: *Extremoz*, aliter Fines; vbi mortuus Petrus cognomine Iuſtus. Villa-Vicoſa: *Villa vicoſa*, ſedes antea Ducis Braganciæ. Ebora alta: *Euora Monte.* Auiſium: *villa Auis*, vnde Equitum ordo.
D. ELVENSIS *Commarce d'Eluas.*	ELVA: *Eluas*, cuius oleum laudatiſſimum. Oliuencia: *Oliuença*, Comitatus caput. Muranum: *Mourano.*
D. PORTALEGRENSIS *Commarce de Portalegre.*	PORTALEGRVM: *Portalegre*, cuius incolæ percallidi. Toloſa: *Tholoſe.* Mons Albanus: *Monte Aluano.*

DISTRICTVS BEIENSIS *Commarces ou Correicones de Beia.*	BEIA: *Beia*, ſeu Bexa. Fanum S. Iacobi: *S. Iacques de Cacem.* Siniſium: *Sinis*, piſcatione inclytum. Vrica & Orichia: *Ourique*, vel *Ourgues*, victoria Alphonſi primi celebris. Mura: *Moura.* Serpa: *Serpa* olim vni è filiis Regis attributa. Myrtola: *Mertola*, ad Guadianam Fl. Villa noua: *villa noua de Mil Fontes.*

§. 6. *Argabia*, les Algarbes, *Regnum ſeparatum ab Alphonſo Sapiente.*

D. TAVIRENSIS *Commarce de Tauira.*	TAVIRA: *Tauira*, vel *Tauila*, Metropolis Regionis. Caſtrum Marinum: *Caſtro Marino*, ad oſtia Anæ Fl. Pharus: *Faro.* Lulea: *Loulée.* Alcutimum: *Alcoutim.*
DIS. LAGENSIS *Commarce de Lagos.*	LAGIVM: *Lagos*, Epiſcopalis ſub Sebaſtiano ciuitas. Portus Magnus: *Villa noua de Portimano.* Syluæ: *Sylues*, Epiſcopalis cuius Epiſcopus totius Algaruiæ dicitur præſul. Sagræ: *Sagres*, vnde & Pro. vicino nomen. Prom. S. Vincentij: *Cap de S. Vincent.*

§. 7. *Ditio Luſitaniæ Regis extra Hiſpaniam.*

TINGIS: *Tanger*, Caſtra *Mazagaon*, & *Arguin* in Africa.
Madera & Porto Sancto, *Inſulæ.*
Açores, Inſulæ ſeu *Flandricæ*: in *Oceano Occidentali.*
Inſulæ *Capitis Viridis* in *Oceano Occidentali.*
Marchionatus *Sierræ Leanæ* in Africa.
Caſtellum Sancti Georgij, vulgò *de Mina*, nunc Batauorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSVLÆ:
- Principis : *l'Iſle du Prince.*
- Ferdinandi de Pao.
- Annobona : *Annobon.*
- S. Helenæ : *Sainƈte Helene.*
- S. Laurentij : *Madagaſcar.*

ARCES:
- Moſambicus : *du Moſambique.*
- Soffala : *de Soffala.*
- Quiloa : *de Quiloa.*
- Mombaza : *de Mombaza.*
- Melinda : *de Melinde.*

India Orientalis, *præter Philippinas.*
Braſilia in Indiis Occidentalibus.

CAPVT IV.

Gallicia, le Royaume de Galice.

Galliciam in Tabulam Regni Luſitanici compegimus, tum quia in Caſtellâ non poterat commodè deſcribi; tum quia non deſunt ſcriptores, qui Portugaliæ Regno aliàs contributam putent, ſaltèm ex parte.

ARCHIEPISCOPATVS COMPOSTELLANVS, *Archeu. de Compoſtelle.*
- COMPOSTELLA : aliter *Santiago*, vbi corpus S. Iacobi ſeruari creditur.
- Fanum Patroni : *le Padron*, ad Fl. Vllam.
- Betancus : *Betancos* ad Fl. *Mandette*, aut *Manden.*
- Corona : *Corugna*, capaciſſimus portus.
- Monſia : *Mongia*, vnde vina laudatiſſima.
- Villa Alba : *Villalua.*
- S. Mariæ Finis terræ : *Fine-terre*, vnde & Promont.
- Murus : *Muros*, ad mare.
- Nouium : *Noya.*
- Ripauia : *Riuadauia*, ad confluentias Auiæ in Miniũ.

EPISCOPATVS MONDONEDI,
- MINDONIA : *Mondognedo.*
- Forneli : *Ferrol*, portus ſat commodus.
- Trileucum Pro. ſeu Ortingala : *Cap Ortegal.*
- Fanum S. Marthæ : *S. Marthe.*
- Viuerium : *Viuero*, ad oſtia Fl. Lambronæ.

Eueſ. de Mondonedo.	Riuadium : *Riuadeo*, ad Oſtium Fl. Mirandæ. Inſ. S. Cypriani : *S. Cybrian.*
EPISC. LVCENSIS, *Eueſ. de Lugo.*	LVCVS : *Lugo* capaciſſima ciuitas. Villa Regia : *Caſtro de Rey.* Sarria : *Sarria.* Monfortium : *Monfort de Limos.* Portus Marinus : *Porto Marino.*
EPISC. ORENSIS *Eueſ. d'Orẽſe.*	ORENSE, vbi fontes calidi : *Orenſe.* Viana : *Viana.* Villa noua principum : *Ville neuue des Infans.*
TERRITORIVM TYDENSE *Pays de Tuy.*	TYDE : *Tuy.* Pons vetus : *Ponteuedra*, ad oſtia Fl. *Leriz.* Baiona: *Baione*, ad oſtia Minij, munitiſſima. Inſulæ Deorum : *Iſles de Baione.*

CAPVT V.

Caſtiliæ Regni, pars *Septentrionalis.*

§. 1. *Aſturiæ*, les Aſturies.

OVETENSIS *d'Ouiedo.*	OVETVM : *Ouiedo*, ad Fl. Deua, dicta ciuitas Regia & Epiſcoporum bello Maurico. Auilla : *Auilles.* Villa Viciosa : *Villa Vicioſa.* Turres : *Torres.* Gegio : *Gion.*
SANTILLANENSIS, *de Santillana.*	SANTILLANA : *Santillana.* Santanderum, & Santanderius : *S. Andero*, aliter S. Emederij portus apud Marianam. Lianæ : *Lianes.*

§. 2. *Legionenſe Regnum*, Royaume de Leon.

TRANS-	LEGIO : *Leon*, ſedes Regni ex Oueto tranſlata. Aſturica : *Aſtorge*, non procul à lacu *Senabria*, quem facit Fl. *Tera.*

	Palantia: *Palence*, ad Fl. Carionem.
	Corona Comitis: *Corugna de Conte.*
DV-	Manſilla: *Manſille.*
	Carion Comitis: *Carion le Conte*, ad Fl. Carionem.
RIVM	Medina ſicca: *Medinal del rio ſicco*, vrbs diues.
	Villalpandum: *Villalpando.*
	Sagiacum: *Sagiaco*, Viriathi patria creditur.
Trallos	Villaſonium: *Villaſon.*
Douero.	Septimanca: *Simancas.*
	Taurus: *Toro*, cuius vina laudantur.
	Sentica: *Camora*, ſeu *Medina Zamoratthi.*
	Ponferrada, aditus in Galiciam, in regione fertiliſſimâ.

CIS	SALMANTICA: *Salamanque*, ad Fl. *Tormes*, Academia perilluſtris.
DV- RIVM,	Ciuitas Roderici: *Ciudal Rodrigo*, munitiſſima.
Hăc partem alij	Hermoſella: *Hermoſello.*
	Tabrina.
tribuunt	Rueda.
Caſtellæ	Guarata: *Guarate.*
Nouæ cū	Victoria: *las Victorias.*
aliquot	Alba ad Tormum: *Alua de Tormes*, vnde Dux Albæ.
vrbibus	Vibeſtrum: *Vibeſtro.*
ſuperioris	Calceata: *la Calcada.*
Ditionis.	*Villa Franca* lepida ciuitas ad Fl. *Tormes.*

§. 3. *Biſcaya*, la Biſcaye, ou les Baſques Eſpagnols.

	BILBAVM: *Bilbau*, vel *Bilbao*, ad Fl. Nanſam, olim Neruam, nunc *Neruio*, antea *Ibaycaual*, latum Fluuium.
BIS-	Portus Galeta: *Porto Galeta*, ad oſtium *Neruio.*
	Vermeium: *Vermeio*, quibuſdam male Metropolis huius tractus.
CAYA	Lequitium: *Lequeitio* ſtatio non temnenda.
VERA.	Valencia: *Valence.*
	Hondaroa: *Hondaroo.*
	Quæſtio: *Queſtion.*
	Vallis-Vieſſa: *Valde Viece*, olim huius Ditionis caput.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Elorium : *Elorio.*
Horoſſium : *Horozzo.*
Ordunia : *Ordogno* Biſcaiæ Camera, & caput ditionis vnde pendent duo ſuprà dicta loca.

GVIPVSCOA *quibuſdam* malè **LEPVSCOA** magis Latinè **IPVSCOA.**

Tholosa, vel Tholoſetta: *Tholoſe*, conuentus Regionis ſedes, ad Confl. Ori & Araxis.
Motricum : *Motrico*, ab Alphonſo Caſtellæ munita.
Villa Grana: *Villa Grana de Cumana.*
Placentia : *Plaiſance*, ad Fl. *Deua*, ferro diues.
Mons Draconis : *Mondragon* ad Fl. Deuam.
Fanum S. Sebaſtiani : *S. Sebaſtien de Puſico*, quaſi d'Ipuſcoa ab incolis *Vrumea & Don-Baſtia*, olim *Hiccuru.*
Paſſagium : *le Paſſage*, Burgus vbi fabrica nauium.
Fontarabia, ſeu Hondarabia, id eſt, fons rapidus linguâ patriâ, aut meliùs quaſi *Ondar Ybaya*, hoc eſt poſtremus Fluuius. *Font Arabie*, ad Fl. Viduſſonem *la Bidoſe*, Franciæ & Hiſpaniæ limitem.
Mons S. Adriani : *S. Adrian*, vrbecula lauta.
Onnata *Oynnaz*, Academia.

ALAVA à voce Arabica *Arab.* deſertum.

Victoria : *Vittoria*, antea Burgus *Gaſteyz.*
Saluaterra : *Saluatierra*, vrbecula.
Treuenniũ: *Treuigno*, Comitatus nobiliſſimi caput.
Miranda Iberica : *Miranda de Ebro.*

§ 4. *Caſtilia vetus*, l'ancienne Caſtille.

MERINDADA BVRGENSIS.

Bvrgvs : *Burgos*, Gallis *Bourgues*, vrbs malè conſtructa.
Lerma : *Lerme*, Ducatus caput ad Fl. *Arlanza.*
Fanum S. Dominici : *S. Dominique de Silos*, Velaſcorum ditio.
Viruesca: Velaſcorum patrimonium, in montibus.
Fanum S. Petri : *S. Pierre Darlanza*, vbi tumulus Ferdinandi Gonzalæ.
Caſcaiarum : *Caſcaieres.*
Agilara : *Aquilar.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

MERIND. VALLISOLETANA.
- VALLISOLETVM : *Valladolid*, ad Fl. Piſuergam vrbs nobiliſſima.
- Roa : *Roa*, celebris ob Martinum de Roa.
- Pennafilum : *Pennafiel*, Ducis Oſſunenſis.
- Boſillum : *Boczillo.*

MERIND. CALAGVRRITANA.
- CALAGVRRIS : *Calahorre*, ad Iberum, malè hinc dicitur oriundus S. Dominicus.
- *Lara* ad Fl. *Arlance*, in fabulis celebris.
- Ceruerum : *Ceruero*, in limite Nauarreo.
- Alfara : *Alfare.*

MERIND. VXAMENSIS *M. d'Oſma.*
- VXAMA : *Oſma*, ad Fl. Durium Academia.
- Almaſanum : *Almaſan*, vbi quidam malè Numantiam locant.
- Fanum S. Stephani : *S. Eſteuan de Gormas.*
- Aranda : *Arande*, commodo loco ſita.

MERIND. SEGOVIENSIS.
- SEGOVIA : *Segouie*, celebris ſuo aquæ ductu, quem Pontem vulgò vocant.
- Coca vrbecula ſat lauta.
- Villa Caſtinum : *Ville Caſtin*, lanis diues.
- Abula Fontanenſis : *Auila Fuentes.*

MERIND. ABVLENSIS.
- ABVLA : *Auila*, in monte cuius pedem alluit Fl. Algerbe : hinc Toſtatus Epiſcopus.
- Medina Campi : *Medina del Campo*, vrbs ſuis nundinis celebris.
- Sepulueda ad Fl. *Duraton.*

MERIND. NVMANTINA, ſeu SORIENSIS.
- SORIA ciuitas ſine Epiſcopo, perperam indigenæ hanc Numantiam vocant, & ſe Numantinos.
- Numantiæ locus 3. à Soria Leucis : *Pons Garray.*
- Agreda in limite Aragonio.

§ 5. *De adiunctis Caſtiliæ.*

CASTILIÆ *contribuitur reclamantibus tamen Nauarræ Regibus, & hanc ſibi vindicantibus.*

RIVO-
- HARVM : *Haro*, ad Fl. *Oia* qui hîc cadit in Iberum.
- *Villa Franca* : ad Montium Radices.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LA CASTILLE
SEPTENTRIONALE
AUEC SES DEPENDENCES.
LA MER DE BISCAYE
PARTIE DE GA-LICE
PARTIE DE PORTUGAL
ROYAUME DE LEON
PARTIE DE LA NOUVELLE CASTILLE
NAVARRE
ARRAGON
PARTIE DE FRANCE
ASTURIE DE SANTILLANA
BISCAYE
ALAVA
GUIPUSCOA
CASTILLE
BURGOS
VALLADOLID
PALENTIA
SALAMANQUE
AUILA
SEGOUIE
SORIA
OSMA
PAMPELONE
SANTILLANA
D'OVIEDO
ASTORGE
LEON
SAMORA
VICTORIA
BILBAO
CALAHORRE
CIUDAD RODRIGO

MERIND. VALLISOLETANA.	VALLISOLETVM: *Valladolid*, ad Fl. Piſuergam vrbs nobiliſſima. Roa: *Roa*, celebris ob Martinum de Roa. Pennafilum: *Pennafiel*, Ducis Oſſunenſis. Boſillum: *Boczillo.*
MERIND. CALAGVRRITANA.	CALAGVRRIS: *Calahorre*, ad Iberum, malè hinc dicitur oriundus S. Dominicus. *Lara* ad Fl. *Arlance*, in fabulis celebris. Ceruerum: *Ceruero*, in limite Nauarreo. Alfara: *Alfare.*
MERIND. VXAMENSIS *M. d'Oſma.*	VXAMA: *Oſma*, ad Fl. Durium Academia. Almaſanum: *Almaſan*, vbi quidam malè Numantiam locant. Fanum S. Stephani: *S. Eſteuan de Gormas.* Aranda: *Arande*, commodo loco ſita.
MERIND. SEGOVIENSIS.	SEGOVIA: *Segouie*, celebris ſuo aquæ ductu, quem Pontem vulgò vocant. Coca vrbecula ſat lauta. Villa Caſtinum: *Ville Caſtin*, lanis diues. Abula Fontanenſis: *Auila Fuentes.*
MERIND. ABVLENSIS.	ABVLA: *Auila*, in monte cuius pedem alluit Fl. Algerbe: hinc Toſtatus Epiſcopus. Medina Campi: *Medina del Campo*, vrbs ſuis nundinis celebris. Sepulueda ad Fl. *Duraton.*
MERIND. NVMANTINA, ſeu SORIENSIS.	SORIA ciuitas ſine Epiſcopo, perperam indigenæ hanc Numantiam vocant, & ſe Numantinos. Numantiæ locus 3. à Soria Leucis: *Pons Garray.* Agreda in limite Aragonio.

§ 5. *De adiunctis Caſtiliæ.*

CASTILIÆ *contribuitur reclamantibus tamen Nauarræ Regibus, & hanc ſibi vindicantibus.*

RIVO-	HARVM: *Haro*, ad Fl. *Oia* qui hîc cadit in Iberum. *Villa Franca*: ad Montium Radices.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GIA *Rioia*, à Fl. *Oïa*.	*Briones*, non procul ab Ibero. Lancunium : *Lancugno* ad Iberum. Lucronium : *Logrono*, à Rege Sancio muris cinctum. Naiera : *Naieres*, Ducatus caput. Fanum S. Dominici, *S. Dominique de la Calcada*, antea vrbs Epiſcopalis.

ADIVNCTA *quoque Caſtiliæ Nauarra ipſa, vt Appendicem, totum ſequeretur.*

Pertinet quoque nunc ad Caſtiliæ Regnum GALICIA, ſeu GALECIA, de quâ in Luſitaniâ diximus.

CAPVT VI.

Regni Caſtiliæ pars Meridionalis.

§.1. *Caſtilia noua*, aliàs *Regnum Toletanũ*, la Neuue Caſtille.

AL- GAR- RIA.	MADRITVM: *Madrid*, & 6. hinc millibus Fanum S. Laurentij, ſeu Scuriale Palatium, *Leſcurial*. TOLETVM : *Tolede*, ad Tagum. Complutũ: *Alcala de Henarez*, Academia ad Fl. *Henarez*. Gadalaxara: *Guadalaiara*, caput olim Algarriæ. Mondegia : *Mondegiar*, caput Marchionatus. Methymna & Metina : *Medina cæli*, Ducatus ampliſſimæ ditionis. Bellomontium : *Belmonte*, cuius incolæ ingenioſiſſimi. *Siguenca*. *Vxeda*. Aracoſia : *Arcos*, ad Fl. *Xalon*. Ocania : *Ocanna*, ad Fl. Tagum. *Paſtrana* : Ducatus nobiliſſimi caput. Leganeſia : *Leganez*, Comitatus ſedes. Illeſca : *Illeſcas*. Talabrica: *Talauera de la Reyna*, ad Tagum.
MAN-	CIVITAS REGIA, Ciudal-Real, vbi àquæ inſalubres. *Calatraua* ad Anam Fl. vnde Equites. Almagrum: *Almagro* primaria tractus, qui dicitur *Campo di Calatraua*.

CHA.

Alcocera : *Alcocer*, vnde Regiunculæ nomen.
Almonecida, ſeu Almonezila : *Almonecid*, & *Almonezil*, loco ſalubri ſita.
Malagonium : *Malagon*, ad quam planicies, *Matança*.
Conſuegra, vrbs Prioratus Caſtellæ.
Hueta : *Huette*, aliter *Huertas*.
Orgaſium : *Orgas*.
Tramblaca : *Tremblaque*.
Villa Regia : *Villa Reyo*, ad Fl. Anam.
Fanum S. Clementis : *S. Clement*, verſus montes Balbaueranos, *de Balbauera*.
Fanum S. Crucis : *S. Croix de la Sarza*.

SIERRA *le pays de Montaigne.*

CONCHA : *Cuenza*, cuius lanæ celebratiſſimæ.
Montelium : *Montiel*, vnde regiunculæ nomen.
Molina : *Molina*, Diœceſis Seguntienſis.
Campillum : *Campillo*, amplum municipium.
Villanoua Principum : *Villeneune des Infans*.
Villa Maurica : *ville Maurique*, Marchionatus.
Venta Sanctorum : *Venta de los Santos*.
Rechena : *Puebla Rechena*.
Villena : *Villena*, Marchionatus.
Villa noua : *Ville neuue a' Alcaratz*, ad illum montem.
Caſtrum Segurenſe, ſeu Seguris : *Caſtel Segura*.

§. 2. *Extremadura, ſic dicta, vel quòd ſit durior, & ſterilior pars Caſtellæ, vel à Durio Fluuio ad quem olim extendebatur.*

TRANS-ANAM *Tralos Guadiana.*

BAGOXVS : *Badaios* à Mauris, ſic detorta vox, Pax Auguſta.
Xera Bagoxenſis : *Xeres de Badaios*, vnde oriundus Vaſco Nunnez.
Reſta : *Reſta*, limes à Septẽtrione ALCVDIÆ Prouinciæ, quæ hinc ad Sierram Morenam protẽdebatur.

INTRA

EMERITA : *Merida*, cuius Archiepiſcopatus tranſlatus Compoſtellam.

TAGVM ET ANAM *Antra-Tayo Guadiana.*

- S. Maria Guadalupenſis : *Guadeloupe.*
- *Alcantara* ad Tagum vnde Equites.
- Trugillum : *Trugillo*, patria Franciſci Piſaro Peruuiæ domitoris.
- Guadalcabalum : *Guadalcaual*, vbi fodinæ celebres.
- Medelinum : *Medelino*, circa hanc vrbem emergere, vulgò notant tabulæ Anam Fl. cùm ante aliquot leucas delituiſſet, ſed id negat Ortelius re per amicos diligenter excuſſâ.

TRANS TAGVM *Tralos Tayo.*

- Placentia, cuius mala citrea laudantur.
- Caurita : *Coria*, vel *Cauria.* Caput Marchionatus, vbi pons ſine Fluuio.
- Caſa : *Caſa de Cazeres.*
- Oropeſa : *Oropeza*, in limite Caſtellæ.
- Almaraſium : *Almaraz.*

§. 3. *Regnum Murciæ.*

MVRCIANVM TERRITORIVM *Contrée de Murcie.*

- Mvrcia : *Murcie*, ad Fluuium Seguram, bombyce diues.
- Carauaca, ſeu Garauaca : *S. Croix de Carauaca*, vnde Cruces contra fulmina.
- Calaſpata, vel *Calaſparta.*
- Cicca vrbecula lauta.

CARTHAGINIENSE TERRIT. *Contrée de Carthagene.*

- Carthago Nova : *Carthagene*, olim magni nominis.
- Lorca.
- Almacara : *Almacaren.*
- Scombaria Pro. *Cabo de Palos.*

§. 4. *Regnum Granatenſe*, Royaume de Grenade. *Obſeruabis huic Regno olim Cordubenſe territorium accenſitum eſſe.*

GRANA-

- Granata : *Grenade*, ita dicta quòd eius domus inſtar Mali Granati ordinatæ ſunt.
- Fanum S. Fidei : *Santafé*, vrbecula lauta.
- Cambilium : *Cambich*, vel *Cambil.*

LA CASTILLE MERIDIONALE AVEC SES DEPENDĒCES
LEON
ARRAGON
CATALONGE
VALENCE
CASTILLE NOUVELLE
LA MANCHE
EXTREMADURA
PORTUGAL
ANDALOUSIE
GRENADE
MURCIE
LA MEDITERRANEE
MER OCCIDENTALE
DESTROIT DE GIBRALTAR
Cap Martin
Cap de palos
Cap de Gates
Toledo
Cuenca
Murcia
Carthagena
Almeria
Malaga
Gibraltar
Cadis
Seville
Cordove
Merida
Badajos

TENSIS EPISCOPATVS,
Eueſché de Grenade.

- Alcala Regia : *Alcala Real.*
- *Loxa*, cuius cannabis, & lana laudantur.
- *Alhama*, Regum Maurorum ſtatio ob Balnea.
- *Almunecar*, caſtrum vbi Rex Maurus ſeruabat theſauros.
- *Salebrena*, caſtrum vbi Rex ſeruabat filios, & cognatos.
- Motrilium : *Motril*, vnde ſaccarum.
- *Origina*, vrbecula egregiè aliàs munita.

ACCITANVS EPISCOP.
Eueſché de Guadix.

- GVADICCIA : *Guadix*, in planitie fertili vndecumque montibus coronatâ.
- Baſta : *Baca*, vrbs munitiſſima aliàs.
- Oſca : *Hueſca*, quibuſdam in Caſtellâ.
- *Cazorla*, ad initium fluuij Bætis, quibuſdam in Caſtellâ.
- Mons Alpuxaras : *Alpuiares*, M. M. quorum cacumen niuibus ſemper candet, pars eſt Niuoſi montis, vulgò *Sierra Neuada.*

ALMERIENSIS EPISCOP.
Eueſché d'Almeria.

- ALMERIA, ita dicta ab Almarico Gothorũ Rege.
- Veria : *Beria*, ad Fl. cognominem.
- Arda : *Adra*, maritima.
- *Muxacra* ad mare, ſtatio infida.
- Virgi : *Vera.*

MALACENSIS EPISCOP.
Eueſché de Malgues.

- MALACA : *Malaga*, nobis *Malgues*, vnde vina.
- Veleſium Malacæ : *Veles de Malaga*, vbi frugiferæ arbores plurimæ.
- *Marbella*, ad mare cum minuto portu.
- Arunda : *Ronda* à Mauris egregiè munita.
- *Antequerra*, cum caſtro ſuo *Alcaçalia* dicto.
- Munda : *Monda*, vbi victi Pompeij liberi à Cæſare.
- *Cartama*, in monte cuius pars Meridionalis fertiliſſima.
- Setinilia Arx : *Settenil*, Cannabi ſua celebris.
- *Zahara*, à quibuſdam locatur in Andaluſiâ inexpugnabilis munitio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 5. *Regnum Andaluſiæ*, l'Andalouſie : *ita dicta eſt à Vandalis, quaſi Vandaluſia.*

HISPALENSE TERRITORIUM, *le pays de Seuille.*

- Hispalis : *Seuille*, ad Bætim. cuius territorium dicitur, *Laxafe de Seuille*, cultiſſimum.
- Luciferi templum : *S. Lucar de Baramede*, portus.
- Portus S. Mariæ : *Port S. Marie*, ad oſtium Fl. *Guadalette*, vel *Bedalac.*
- Sereſia & Xera : *Xerès de la Frontera*, equis ſuis inclyta & vino.
- Palus : *Palos*, vnde ſoluit Columbus in Americam.
- Aimontia : *Aymonte*, ab aliis tribuitur Algarbiæ.
- Triguera : *Trigueros*, ſeu *Traygueros*, in campo inter Fluuios *Azeche* & *Odier.*
- Charmona : *Carmona*, frumenti ferax.
- Niebla ad Fl. *Tinto*, aliter *Azeche.*
- Alcantarilla : *le pont d'Alcantarilla.*
- Marcena : *Marcena*, vnde equi nobiles.
- Morona : *Morona*, vrbs lauta.
- Palma, vbi Singilis Fl. Bæti coniungitur.
- Aſty, ſeu Aſtygi *Ecya*, ad Singilin Fl. *Xenil*: malè Thuanus Genilium vocat.
- Orſona : *Oſuna*, Academia, & caput Ducatus.
- Maremna Æſtuarium Bætis, hyeme lutulenta Regio, æſtate ſic puluerulenta, vt hâc dirigatur iter pyxide nauticâ : extenditur inter oppida *Palatios*, & *Nebriſſa*, ſeu *Lebrixa.*

CORDUBENSE TERRITORIUM, olim regni Granatēſis *le Cordouan.*

- Corduba : *Cordoüe*, vel Hiſpanicè *Cordoua*, magnorum virorum patria.
- Baëza, *Baëça*, ciuitas ſine Epiſcopo.
- Gienna, ſeu Fanum S. Ioannis : *S. Iaën*, ad Fl. *Freio.*
- Baëna : *Vaëna*, ad Fl. *Guadaſo.*
- Anduxarſa : *Anduiar*, ſeu *Anduxar*, ad Bætim Fl.
- *Vbeda*, in limite Caſtellæ, aliter *puente de Vbeda.*
- Caſtulo : *Caſtona*, cognomine *la Veya*, ob antiquitatem.
- *Archidona*, de qua in bello Maurico multa.

DV-

DVCATVS MEDINÆ SIDONIÆ, *le Duché de Medine.*	ASINDVM : *Medina Sidonia*, Ducatus nobiliſſimi caput. *Tariffa*, ita dicta à Duce Mauro, olim Carteïa. *Gilbraltar*, aliàs *Gebal-Tarik* : iuxta hanc Mons Calpe. Vegelium : *Vegel*, in monte ſitum. Conilia : *Conil*, ad quam Tynnorum piſcatio. *Zara*, ad initium Freti.
GADES INSVLA incolis *Galiz* Belgis *Calis-Malis.*	GADES : *Calis*, vrbs Epiſcopalis condita Gadiræ loco, quæ aquis obruta eſt. Caput S. Sebaſtiani : *Pointe de S. Sebaſtien*, vbi olim templum Saturni. Turres Herculis : *Torres de Hercoles*. Pons Suaci quo nectitur Inſula continenti ad auxilia contra Anglos & Batauos piratas.

§. 6. *Ditio Regio Caſtellæ extra Hiſpaniam.*

INSVLÆ Canariæ olim Fortunatæ : *les Canaries*.

America vtraque Septentrionalis, & Meridionalis præter Braſiliam, Nouam Franciam, & Virginiam.

In India Orientali { Philippinæ, *les Philippines*.

De Molucis diu cum Luſitanis diſceptauêre Caſtellani, nunc à Batauis ferè omnes tenentur.

In Magellanicam ius ſibi vindicant Caſtellani, ob Hernandum de Gallego qui ſub auſpiciis Caſtellanorum oram iſtam legit.

Fretum Magellanicum, quod obſtruere tot impenſis Caſtellani conati ſunt Anglis & Batauis : *le Deſtroit de Magellan*.

Mediolanenſis Ducatus: *le Duché de Milan*.

Aliquot portus in Etruria *Piombino*, eis iam ereptus, Orbitellum, &c.

Regnum Tunetanum, cuius pars Inſula Melita à Carolo V. Equitibus Rhodiis conceſſa.

Flandria tota iure hæreditario, cuius partes aliquot hoc bello decerptæ ſunt : vt Arteſiæ, & pars Flandriæ.

Comitatus Burgundiæ, ſui penè iuris.

Caroleſium in Franciâ : *le Charolois*.

Palatinatus Rheni magna pars erepta Palatino, cuius tamen partem aliquam Galli hoc bello ſibi vindicarunt.

CAPVT VII.

Magnum Regnum Aragoniæ, cum Nauarrâ iam Caſtellæ Regno accenſita.

§. I. *Regnum Nauarræ.*

MERINDADA PAMPELONENSIS.	POMPELO, ſeu Pompeiopolis: *Pampelone.* Fanum S. Stephani: *S. Eſteuan*, ad Fl. *Bidoſe.* *Maya*: Arx munitiſſima.
MERIND. ESTELLENSIS.	ESTELLA, cum Caſtro ad Fl. Egbam. Viana Principatus caput, aſſignatus olim primogenito Regis Nauarræ. Pons Reginæ: *Puente de la Reina*, aliàs *Cares* burgus.
MERIND. TVDELLENSIS. *Territoire de Tudelle.*	TVDELLA, ad confluentias Fl. Ouei in Iberum. *Abſaro*, ad Iberum. *Villa Franca*, ad Fl. Aragonium qui mixtus Agræ cadit in Iberum. REGIVNCVLA BARDENA REAL { Caſtrũ Sãcij, *Caſtello de Sãcho Abarcha*, à quibuſdã datur *Rigouiæ*.
MERIND. OLITENSIS.	OLITVM olim Ologitis, ad Fluuiolum Cicadum *Cicados*, qui in Aragonium cadit. Vxua: *S. Maria de Vxua.* Larraga ad Fl. *Agra.*
MERIND. SVESSANA.	SVESSA, ſeu Sangoſſa: *Sangueſſa*, ad Fl. Aragonium, forte Andeluſium Ptolemæi. Ronceuallis: *Ronceuaux*, tranſitu Gallorum, & clade celebris. Lomberia: *Lombier.* Mons Regius: *Montreal.* Vallis Caroli, *Val Carlos*, aditus in Galliam.

HVC QVOQVE REVOCANT ALIQVI RIVOGIAM { *de qua in Caſtella Vetere.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

§. 2. *Verum Regnum Aragoniæ: in eo olim Regnum de* Sobarbre, *quod conficiebatur ex Comitatibus de* Sobarbre, *&* *de* Ribagorce, *quibus additis Comitatui Aragoniæ hoc Regnum enatum eſt.*

EPISCOPATVS CÆSARAVGVSTANVS.	CÆSARAVGVSTA: *Sarragoce*, ad Iberum. Daroca ad Fl. *Xiloca*, vbi ſacra Corporalia. *Aranda*, vbi ſacellum dictum *N. Sennora del Pilar.* Mons Albanus *Mont Aluan*, ad Fl. *Mortin.* Maëlla: *Maël.* *Luna*, vnde Petrus de Luna pſeudopontifex. Mons Regius: *Mon Rey.* *Placentia*, ad Fl. *Xalon.* *Culanda*, *Caſtellotum*: oppida ſat lauta. Ixarium: *Ixar*, Ducatus vnici in hoc regno caput. Fontes: *Fuentes.* Belchita: *Belchite.* Alcanitium: *Alcanitz.*
EPISC. TERVENSIS. & Teruelenſis.	TERVELLVM: *Teruel*, penè ad conſl. Fl. *Allambre* & *Guadalauiar.* *Alambra*, ad Fl. cognominem. Riuuli: *Ruuielos.* Fanum S. Mariæ Fontanenſis: *N. Sennora de la Fuenta Santa.*
EPISCOP. ALBARAZINVS.	ALBARASINVM: *Albarazin*, ſeu *Aueraſin*, in monte cuius pedem alluit Fl. *Guadalauiar*, vel *Guadalabiar.*
EPISC. TVRIASSENSIS.	TVRIASSO: *Tarazone*, ad Fl. *Queilos.* Boria, lino ſuo celebris. Bilbilis: *Calatayud*, huc tranſlata ex Monte *Baubula.* M. Caunus: *Moncayo*, editiſſimus.
EPISC.	IACCA, ad Fl. Aragonium. Fanum S. Ioannis: *S. Iuan de la Penna*, vbi ſepulchra Regum Sobarbiæ.

IAC-	*Aïſa*, vnde valli nomen.
	Verdunum: *Verdun*.
CEN-	Fiſcalium: *Fiſcal*, ad Fl. cognominem, vnde regiunculæ nomen.
SIS.	Fanum S. Chriſtinæ: *S. Chriſtine*, ad radices Pyrenæi M.
	Broto, vnde valli nomen.
EPISC. BALBA-STREN-SIS.	Balbastrvm: *Balbaſtre*, ad Fl. *Vero*, vbi arcus nobiles.
	Bielſa in valle *Puertolas*, vbi fauces, *le col de Bielſa*.
	Giſtanium: *Giſtain*, ad minorem Cingam: *Cingueta*.
	Osca: *Hueſca*, Academia perantiqua.
EPISC.	Aïnſa, caput olim regni de Sobarbe.
	Auſanum: *Auſano*.
OS-	Labata ad Fluuiolum *Formizo*.
	Almudeuaria: *Almundeuar*, in valle fertili.
CEN-	Caſtillio: *Caſtillon de Monegro*.
	Mons Aragonius: *Mont Aragon*, vbi nobile Monaſterium Ieſu Nazareni.
SIS.	
	Agurrea: *Gurrea*.
	Ilerda: *Lerida*, pertinet ad Catalauniam hæc ciuitas, maxima pars eius diœceſeos ad hoc Regnum.
EPISC.	
	Montio: *Mouçon*, vbi regni comitia celebrantur.
ILER-	Fraga: *Fragues*, ad Fluuium Cingam.
DEN-	Mequinencia: *Mequinença*, ad Confl. Cingæ & Iberi.
SIS.	Fanum S. Stephani: *S. Eſteuan*.
	Tamaritum: *Tamarit*, municipium.

§. 3. Catalania, ſiue meliùs Gothalania, à Gothis & Alanis qui in eam confluxerunt: alij à Caſtellanis, quorum hîc Ptolemæus meminit, hanc dictam eſſe malunt.

COMITATVS RVSCINONENSIS,	Rvscino: *Perpignan*, certè turris *de Roſſillon*, proxima ad mare.
	Helena: *Elna*, Epiſcopalis ad Fl. *Tech*.
	Salſulæ: *Salſes*, munitiſſima vrbecula ad lacum.
	Illiberis: *Colioure*, vel vt Hiſpani *Colibre*.
	Mons Candidus *M. Canigo*, à niuibus quibus candet, ita dictus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Comté de Rouſſillon. — *Pars erat Antiquæ Galliæ, reddita à Carolo VIII. fortiter recuperata noſtrâ ætate à Lud. XIII.*

CATALANIA VETVS.

- BARCINO: *Barcelone*, portus egregius, & vrbs pulcherrima.
- Vicus: *Vich*.
- Geronda: *Girone* ad Fl. *Ter*, Principatus primogeniti Aragoniæ.
- Orgelum: *Vrgel*, aliter *le ſeu d'Vrgel*, hoc eſt, Eccleſia.
- Rhoda, Rhodope & Rhodopolis: *Roſes*.
- Emporiæ: *Empurias*, vrbs antiquiſſima.
- Blanda: *Blanes*.
- Mataronium: *Mataro*, vbi vitrei ſcyphi elaboratiſſimi.
- Iuncaria: *Iunquera*, nobis *Ionqueres*, in limite Ruſcinonenſi.
- Ripolium: *Ripol*.
- Palamus: *Palamos*, ad Mare.
- Cerdania: *Puy-Cerda*, Caput Comitatus.
- *Toroella*, ad Fluuium *Ter*.

CATALANIA NOVA.

- TARRACO: *Tarragone*, Archiepiſcopalis.
- Dertoſa: *Tortoſe*, ad Iberum Fl.
- *Ampoſta*, duplici caſtro munita ad Iberum.
- *Ampolla*, ſtatio ſat commoda ad Iberum.
- Mattorelium: *Mattorel*, ad Fluuium Noiam.
- *Villa Franca*, ad quam arx diruta, *Penneforte*.
- Salſona: *Solſone*.
- Ilerda: *Lerida*, cuius ditio in Aragonia.
- Valaqueria ad Sicorim: *Balaguier ſur Segre*.
- *Cardona*, Ducatus nobiliſſimi caput.
- Aytonium Marchionatus caput: *Aytone*.
- *Ceruera*, ad Fl. cognominem.
- Populetum: *Poblet*, Monaſterium vbi ſepulchra Regum Aragoniorum.
- Minoriſſa: *Manreſe*, Noſocomio celebris.
- Mons-ſerratus: *Montſerrat*, locus religioſus B. Virgini ſacer.
- *Paleare*, Marchionatus caput.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 4. *Regnum Valentiæ.*

REGIO I. SEV DE MILLA-RES.	Villa Formoſa : *Villa Hermoſa*, caput Marchionatus ad Fl. *Millares.* Peninſula : *Peniſcola*, Arx in Rupe, Benedicti XIII. latibulum, ſeu Petri de Luna. Fanum S. Matthæi : *S. Mathieu.* Villaria : *Villar Vineros*, ſtatio non temnenda.
REGIO II. SEV DE XVCAR *Sucronenſis.*	VALENTIA : *Valence*, ad Fl. *Guadalauiar.* Segobriga : *Segorbe*, ad Fl. *Moruedro.* Saguntus : *Moruedro*, quaſi vetus murus. Villa Regia : *Villa Real.* Chelua : *Xelua.* Albufera tractus, ſeu Regiuncula inter Fluuios *Xucar*, & *Guadalauiar.*
REGIO TERTIA SEV DE SEGV-RA.	ORCELLIS : *Oribuella*, ſeu *Origuela*, ad Fl. Segura. Satiua : *Xatiua.* Illici : *Elche.* *Guardamar*, ad oſtium Seguræ, caſtrum munitiſſimum. Alonium : *Alicanta*, portus non incommodus. Candia : *Candie*, Ducatus caput, & Academia. *Oliua*, cuius tractus mirè fertilis. Dianium : *Dinia*, olim Marchionatus. Biaria : *Biaz*, cuius mella laudantur. Sabia : *Xabia*, ſtatio. *Monteſa*, ſedes Equitum, qui inde nomen habent.

§. 5. *Regnum Maioricæ.*

MAIO-RICA *Maior-que.*	MAIORICA : *Maiorque*, Hiſpanicè *Mallorca.* Pollentia : *Vicus*, nomen vrbis antiquæ. *Alcudia*, ad Fluuium qui ſinum vrbi cognominem facit. Soggiarium : *Soggiari.* Manacoria : *Manacor*, verſus Prom. *de Piadra.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

MINORICA *Minorque.*	MINORICA: *Minorque*, Hiſpanis *Menorca*, ſinus eius dicitur *Porto-Mahon*.
	Cittadella: *Citadelli*, portus.
	Portus Fornellus: *Porto Fornelli*, ſinus à vico vicino ſic dictus.
YVICA	EBVSVS: *Yuica*, ſeu *Euica*, aliter *Ieniza*.
	Portus Magnus: *Porto Magno*, ad Boream Inſulæ.

MINORES INSVLÆ.	AD MAIORICAM.	Draconera penè deſerta, ad Occidentem.
		Capraria: *Cabrera* ad Meridiem, arcem habet.
	AD YVICAM	*Formentera* ad Meridiem, colubris adeo abundans, vt quidam hanc veterum Ophiuſam putent.
	Inter vtramque	Colubraria: *Mont Colibre*, decem Inſulæ, vna reliquis maior.

§. 6. *Ditio Regni Aragoniæ extra Hiſpaniam.*

SARDINIA	cuius caput Calaris, *Caglier*.
SICILIA	Aliter Regnum Siciliæ cis Pharum, cuius primaria Panormus, *Palerme*.
REGNVM NEAPOLITANVM.	Aliter Regnum Siciliæ trans Pharum.
	Eſt autem Pharus turris in eo loco vbi olim Carybdis.
	Vrbs primaria Neapolis: *Naples*.

CAPVT VIII.

Hiſpania Christiana, ſeu eius diuiſio per Epiſcopatus.

§. 1. *In Regno Caſtellæ.*

ARCH. TOLETANVS, *l'Archeueſché de*	Cordubenſis: *de Cordoue*.
	Segouienſis: *Segouie*.
	Conquenſis: *Cuenze*.
	Carthaginienſis: *Carthagene*.
	Seguntinus: *Siguence*.

Tole-

Tolede, hîc PRIMAS.	Vxamenſis : *Oſme.* Valliſoletanus : *Valladolid.* Giennenſis : *Iaen.*
BVRGENSIS *de Burgos, ou Bourgues.*	Calagurritanus: *Calahorre.* Palentinus : *Palence.* Pompelonenſis : *Pampelonne.*
HISPALENSIS *de Seuille.*	Gaditanus : *Cadiz.* Guaditenſis, ſeu Accitanus : *Guadix.* Canarienſis : *des Canaries.*
GRANATENSIS *de Grenade.*	Almerienſis : *Almeria.* Malacitanus : *Malgues.*
COMPOSTELLANVS *de Compoſtelle.*	Salmanticenſis : *Salamanque.* Placentinus : *Plaiſance.* Abulenſis : *Auila.* Lucenſis : *Lugo.* Aſturicenſis : *Aſtorge.* Zamorenſis : *Çamore.* Aurienſis : *Orenſe.* Tudenſis : *Tuy.* Pacenſis : *Badaios.* Mindonienſis : *Mondonedo.* Caurienſis : *Cauria.* Mirobricenſis : *Cité de Rodrigues.* EXEMPTI: Legionenſis : *Leon.* Ouetenſis : *Ouiedo.*

§. 2. *In Regno Aragoniæ.*

CÆSARAVGVSTANVS *de Sarragoçe.*	Oſcenſis : *Hueſca.* Iaccenſis : *Iacca.* Turiaſſonenſis : *Tarrazone.* Barbaſtrenſis : *Balbaſtre.* Terulenſis : *Teruel.* Albaracinenſis : *Albarazin*, ab aliis Toletano ſubditur.

TARRACONENSIS *de Tarragone.*
- Barcinonenſis : *Barcelone.*
- Dertoſanus : *Tortoſe.*
- Vicenſis : *Vic.*
- Gerundenſis : *Gironde.*
- Ilerdenſis : *Lerida.*
- Helenenſis : *Elne à Perpignan.*
- Vrgelitanus : *Vrgel.*
- Celſonenſis : *Solſone.*

VALENTINVS *de Valence.*
- Segobricenſis : *Segorne.*
- Oriolanus : *Oruhele.*
- Maioricenſis : *Maiorque.*

§. 3. *In Regno Portugalliæ.*

BRACCARENSIS *de Bragues.*
- Portuenſis, ſeu Portu-Calenſis : *le Port.*
- Viſeenſis : *Viſeu.*
- Lamecenſis : *Lamego.*
- Mirandenſis : *Mirande.*
- Guardienſis : *Guardia*, ab aliis Oliſipponenſi.

OLISIPPONENSIS *de Lisbone.*
- Conimbricenſis : *Conimbre.*
- Lerienſis : *Leria*, ſeu *Leyre.*
- Portalegrenſis : *Portalegre.*
- In Africa
  - Septenſis : *Ceute.*
  - Maderenſis, ſeu Funchalenſis : *de Funkal en Madere.*
  - Tercerenſis, ſeu Angrenſis : *d'Angra en Tercere.*
  - Congenſis : *Congo S. Sauueur.*
  - Inſularum Capitis Viridis, ſeu Iacobenſis : *S. Iacques dans les Iſles du Cap Verd.*
  - Sancti Thomæ : *S. Thomas.*
- In America
  - Braſilienſis : *S. Sauueur au Breſil.*

EBORENSIS *d'Euora.*
- Syluenſis : *Sylues.*
- Albenſis : *Eluas.*
- Tingitanus vnitus nunc Septenſi, *Tanger ioint à celuy de Ceute.*

CAPVT IX.

De Mirabilibus Hiſpaniæ.

§. 1. *In Galicia.*

IN *Clauigij* campo ſaxa reperiuntur affabrè facta, quæ repræſentant Bacillos & Conchas marinas quas peregrini Sancti Iacobi ferre ſolent, hæc ſponte in terrâ concreſcunt. *Io. Euſebius Nierembergius.*

Ad *Minium* fluuium non procul à *Riuadia* oppido, locus eſt vbi aura ſemper videtur caligare. Nemo hîc ſtare poteſt quin illicò ſudet, vaporibus nempe ex ſulphureâ terrâ exeuntibus. *And. Baccius lib. 4. de Thermis.*

In portu *Mongiæ* creſcens æſtus in ſaxis, quibus littus ſparſum eſt, cruces & baliſtas efformat, ſed ſequenti die figuras impreſſas delet, & nouas effingit, naturæ pio luſu ac planè mirabili.

In eodem quoque portu nauis è ſaxo tota viſitur, cum malo, velis, & antennis. *Molina in deſcript. Gallæciæ.*

Ad S. Iacobi ſepulchrum *Compoſtellæ*, audiuntur armorum ſtrepitus, quoties grande aliquod periculum imminet Ibericis exercitibus. *Euſeb. Nierembergius.*

In Montanis *Cebreti* ad caput *Lori* fluminis viſitur fons *Louzara* nomine, hic more pelagi creſcit, & decreſcit, eodem tamen vere & hyeme decremento, licèt 20. leucis Hiſpanicis à mari diſſitus ſit. *Molina in deſcript. Gal.*

Compoſtellæ ſaxum in quo primùm repoſitum S. Iacobi corpus, ad contactum reliquiarum excauatum eſt ſponte ad inſtar ſepulchri; & is tumulus hactenus durauit integer. *Idem.*

Ex lacu qui dicitur *las lamas de Gua*, oritur Fl. *Tamoyus.* Hic exortu ſuo per aliquot anni menſes ingentes mugitus edit; qui tamen ſi propiùs accedas recedere videntur. *Idem Molina.*

§. 2. *In Caſtella.*

NON procul *Madrito* videtur Icon Chriſti è cruce pendentis, quam natura ſaxo impreſſit, in quâ nihil videtur deeſſe ad perfe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctam, & elaboratam Crucifixi imaginem. *Nierembergius.*

Compluti ſeruantur hoſtiæ quæ numquam putreſcere potuerunt, quamquam in loco repoſitæ vbi omnia facilè corrumpuntur. *Idem.*

Ibidem è ſaxo in quo SS. Iuſtus & Paſtor ſecuri percuſſi ſunt oleum perpetuò ſtillat, quo multi morbi depelluntur. *Idem Euſebius.*

Arlanciæ in templo S. Petri oſſa Comitis Caſtellæ Fernandi Gonzali ſeruantur: ea ingenti fragore percrepant, quoties Hiſpani celebrem aliquam victoriam relaturi ſunt. Imò & cùm res proſperè contra infideles à Chriſtianis gerenda eſt, quod obſeruatum maximè cùm Huniades grandi clade Turcas cecidit 1456. & cùm Granata expugnata eſt. *Idem Nierembergius.*

In agro *Toletano* iuxta pagum *Valentiolam* fontes in imo acidi, & vinoſi ſaporis, in ſuperiori parte dulces. Ratio eſt quia acidæ nitroſæ ſunt ac proinde ſubſidunt. *Andr. Baccius* 1. *de Thermis.*

Abulæ apud S. Auguſtini Moniales, imago Deiparæ colitur in ſaxo, quam ſponte natura delineauit. *Nierembergius.*

Vallisoleti in choro Monaſterij S. Claræ ſepulchrum viſitur Equitis Caſtellani: quoties ex eo ſtrepitus audiuntur, ſignum eſt certiſſimum aliquem ex eius familiâ breui moriturum. *Idem.*

Supra *Burgos* in pago *Boëtio* fons fluit exinde dictus *Boëtius*, qui in duos lacus influit, in iis qui lauantur fluxum ſanguinis patientes illicò ſanantur. *Idem Euſebius.*

§. 3. *In Regno Legionenſi.*

IN Monaſterio Sinticæ, *Zamora* eſt, Monaſterium eſt Dominicanorum; in eo ante obitum cuiuſlibet Religioſi illic morituri, campana ſponte pulſatur. Inſonuit illa ſæpe nemine decumbente, non tamen ſine certâ mortis ſubitæ, & inexpectatæ ſignificatione. *Ioan. Lupus Epiſc. Monopolenſis.*

In *Oceano Cantabrico*, in parte *Orientali Aſturiarum*, audiuntur virginum voces modulatè canentium. Vnde hæc muſica, ignoratur. Acutiores tamen indigenarum credunt eſſe Tritonum & Sirenarum voces dum venere concitantur. *Euſebius Nierembergius.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 4. *In Biſcaya.*

In Cantabria *Tamarici* fontes dicti quatuor exiguo interuallo diſcreti, quorum tres diebus ſingulis ita ſiccantur duodecies quaſi hinc nulla aqua extiterit. Putant quoque incolæ auſpicij loco eſſe fontes illos. Si enim non fluant cùm ad eos viſendos quis acceſſerit peſſimum creditur omen: ſicut contigiſſe narrat proximè his temporibus quibus ſcribebat auctor. Cùm enim eò perrexiſſet Laërtius Licinius Legatus poſt præturam, & eo ſpectante euanuiſſet miraculum, monitus eſt aliquam imminere ipſi calamitatem. Neque timor irritus fuit, nam ſeptem poſt dies occidit. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

In *Cantabriæ* maritima parte mons olim penè ex ferro totus durat ad hæc tempora, & antonomaſtic*ωs* ferrum Hiſpanicum cognominatur hæc materies. *Nierembergius.*

In vrbe *S. Dominici Calciatenſis* ſtirps pullorum durat, qui aſſati licèt & mortui ſurrexerunt, vt teſtarentur innocentiam adoleſcentis Galli, quem impudica ſtabularij filia, quaſi reum furti ſuſpendendum curarat. Durat ad hoc tempus & ſeptennio quoq; renouatur, relictis pullis eiuſdem omnino magnitudinis & coloris. Et quamquam peregrini omnes plumam detrahant (quorum hîc magna copia) numquam tamen deplumes videntur. *Lucius Marinæus αὐτόπτης.*

§. 5. *In Luſitania.*

In Luſitaniâ ad Campum *Oſeum* (alij *Viſeum* legunt) piſcina erat olim & Baptiſterium, quod pridie S. Paſchatis aquis per miraculum implebatur. Et quotannis Epiſcopus triduo antè locum ſigillo ſuo muniebat ne fraudi ſubeſſet locus. Quare cùm lis orta eſſet inter Gallos, & Hiſpanos de die Paſchatis, pridie Paſchatis Gallicani piſcina repleta eſt. *S. Gregorius Turon. lib. 1. Miraculorum.*

In agro *Carinenſi* duo fontes, quorum vnus omnia abſorbet, alter omnia reſpuit (inquit Plinius lib. 2. cap. 103.) Vaſæus ait locum nunc appellari *Cadima*, fontem reſpuentem euanuiſſe, abſorbentem perdurare. Cuius experimentum ait factum eſſe ſe præſente ab Henrico Cardinali, & Ioanne Rege, in lignis & equo, qui nonniſi difficiliter à famulis retractus eſt. *Vaſæus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In cacumine montis *Stellæ* lacus, in quo ſæpè fragmenta nauium reperiuntur, cùm tamen à mari diſtet pluſquam 12. leucis. Idem quoque narratur de Monte prope Aquas Flauias *Chaues*. *Euſebius Nierembergius.*

In oppido *Villanoua*, viſitur fons oriens, & occidens quotannis. Oritur Kal. Maij, occidit Kal. Nouembris. Quod omnibus compertum eſt. *Idem Euſebius.*

In *Luſitania* ſal purpureum naſcitur. Strabo 4. Geog. Quod durare ait Nonius, addit tamen tritum candeſcere. *Nonnius.*

Scalabiſci nunc *Santarem*, in Monaſterio Patrum Dominicanorum imago pueri Ieſu Chriſti creſcit, quare nouæ thecæ ei curandæ ſunt. Hæc eſt imago cui pueri duo offerebant ſua ientacula quos erudiebat Bernardus de Morlans vir piiſſimus. Moniti à magiſtro vt rogarent Chriſtum, eos exciperet cœnâ in domo patris ſui: cùm feciſſet ſacrum magiſter die Aſcenſionis flexis genibus omnes expirarunt blandè, miraculis poſt obitum clari. *Nierembergius.*

In eâdem vrbe cùm fideiuſſorem promiſſi matrimonij mulier Chriſtum in Cruce fixum accepiſſet, virum contradicentem cum iudice in Eccleſiam traxit, rogatúſque de rei veritate Crucifixus annuit, & vtramque manum clauis exſoluit. Quo in ſtatu hactenus perſeuerat & colitur. *Idem.*

Ibidem ſeruatur hoſtia Euchariſtica mirabilis: in hâc enim videtur Chriſtus varia ſpecie, nunc infans, nunc patiens, nunc reſurgens, imò diuerſimodè à multis ſimul ſpectantibus. *Idem Euſebius.*

§. 6. *In Andaluſia.*

Maxilvæ (quæ nunc *Mancauilla* dicitur) lateres fiunt, qui exſiccati aquis nullatenus ſubmerguntur. Rationem reddit Dalecampius, quia ex terrâ pumicoſâ conſtant. *Plinius lib.* 35. *cap.* 14.

In *Bæticâ*, exta ſæpe cuniculorum gemina reperiuntur, Plinius lib. 12. cap. 33. quod ætate quoque ſuâ videri in Andaluſiâ affirmat *Nierembergius.*

Ibidem non procul ab vrbe *Guadaiara* lacus futuram præcinit tempeſtatem. Enimuerò vbi illa imminet, horrendis mugitibus perſtrepit, qui ſæpe ad duodeuiginti millia paſſuum exaudiuntur. *Idem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In *Gadibus* Inſula, fons ſuauiſſimus, contrario effectu, æſtu exundante deficit, impletur autem deficiente. *Polybius & Strabo lib. 3.*

Ibidem quoque fons aquæ ſalubris, & iucundæ, qui ſecundùm maris acceſſum & receſſum, intumeſcit & decreſcit. *Plinius l. 2.*

In eâdem inſulâ nunc planta naſcitur, quam vbi ſemel hominis manus perfricuerit, areſcit. *Ioan. Euſebius.*

Olim hîc quoque arbor, cuius rami terræ infigebantur, ex his fractis lac erumpebat, ex radice humor minio ſimilis. *Strabo lib. 3. Geog.*

Cordubæ Fratrum Prædicatorum cœnobium eſt, in quo campana ſponte pulſatur quotieſcumq; Religioſus aliquis huius monaſterij, aut vir aliquis in ordine illuſtris propediem moriturus eſt. *Io. Lupus Epiſc. Monopolenſis.*

§. 7. *In Regno Granatæ.*

AD oppidum *Antiquariam* fons tantæ poteſtatis, vt ſaxa diſſoluat, imò & calculos in veſicis ex eo bibentium; ideóque dicitur *Petra-Fons Antiquarius. Nierembergius.*

§. 8. *In Murcia.*

CARAVACÆ Vulgò *S. Crux de Carauaca*, ſeruatur Crux è cælo delapſa ſacerdoti ſacra facturo coram Regulo Mauro. Vrbs illa crebris tempeſtatibus quatitur; vnicum remedium offerre nimbis horriſonis Crucem. Turris autem in quâ Crux illa ſeruatur totâ vrbe concuſſâ non mouetur: inde Cruces toto orbe celebres & fulminum amuleta. *Ioan. Nierembergius.*

Ad *Carthaginem Nouam* naſcebatur olim herba (& iam naſcitur) ex quâ indigenæ veſtes, calceos, caſas, & ignem conficiunt, *Spartum* nominatur, animalibus noxium, niſi eius tantùm cacumen decerpant; colligitur manibus armatis. *Plinius lib. 19. cap. 2.*

Circumpoſita autem regio adeò olim fertilis, vt hordeum menſe Aprili meteretur, quare hîc plerumque duplex meſſis. *Idem lib. 18. cap. 7.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 9. *De Valentia.*

In vrbe *Sagunto*, nunc *Morniedro*, templum olim Dianæ ducentis annis, vt creditur, ante Troiam exciſam à Zacynthiis conditum, cuius trabes ex Iunipero ad Veſpaſiani tempora perdurarunt integræ, neque fatiſcentes. *Plinius lib. 16. cap. 40. Ex Bocchi, Hiſtoriis.*

Ibidem ante centum annos in cœnobio, vetulæ Abbatiſſæ, & edentulæ iuuentus reſtituta, renouati dentes, crines denigrati, ſulci frontis æquati, compactæ mammæ, &c. *Valeſius Tarentaſius apud Delrium.*

§. 10. *De Catalania.*

Ad *Salſulas*, vulgò *Salſes*, reperiuntur piſces foſſiles, eodem modo quo alibi vermes. Item quoque fons dictus *Salſula* in lacum influit cognominem, *de Salſes ou de Locate.* Is autem hyeme ſaltem tepidus, æſtate verò frigidiſſimus, vnde copioſa fit in lacu piſcatio. *Pompon. Mela. Polybius. Athenæus. Strabo.*

In Catalania *Cannarum* mons altiſſimus, cuius in apice lacus dæmonibus addictus. Aqua eius ſubnigra, in eum ſi lapis immittatur tempeſtas concitatur. Narrant indigenæ puellam dæmonibus à patre deuotam non procul ab hoc lacu à iiſdem ſeruatam eſſe, & poſthac mirabiliter ereptam. Videtur eſſe hæc magorum ſtatio. *Geruaſius quidam.*

§. 11. *De Aragonia.*

Sal mira dulcedine quaſi ſaccaro temperatus ex montibus *Tarraconenſibus* cæditur; ideóque magni fit à Cupediariis. *Sidonius Epiſt. ad Oreſium.*

Darocæ vbi ſacra ſeruantur Corporalia, oſtenditur ſaxum non malè hominem referens, in quod mutatum aiunt ſacerdotem, qui coram ſacris hoſtiis peierans optauerat in ſaxum rigere. *Nierembergius.*

Salo Fl. ad *Bilbilim* ferrum adeò durum reddit vt ægrè frangatur. *Iuſtinus, & alij paßim.*

In

In Monte *Cauno*, vulgò *Moncayo*, ſi oues paſcantur ante ſolis ortum procul dubio intereunt. *Hiſtoria Hiſpanica.*

In quodam huius Regni agro lapides reperiuntur, eiuſdem coloris, & magnitudinis cum oleis. Item & alij, quos natura in coturnices ſic efformauit, vt arte elaboratas iurares. *Ioan. Euſebius.*

Villilæ in Cæſarauguſta Diœceſi Campana mirabilis ſponte ſonans quoties res Chriſtiana accepit aliquid detrimenti. Cuius rei multa in actis publicis conſignata ſunt teſtimonia. *Varius lib. 2. de faſcinatione cap. 14. & Mariana Hiſt. lib. 21.*

Apud oppidum *Olianam* ad Sicorim ædes virginis quam *Caſtel Vedrenſem* dicunt, ad quam quotannis menſe Martio die Veneris aliquo, ex Inſulâ quam Fl. Sicoris efficit, exſurgunt tria luminaria cærulei coloris, baſilicam ſubeunt per feneſtras, accendunt luminaria, & functa ſuo munere egrediuntur, atque diſparent. Quot indigenæ tot teſtes. *Ioan. Nierembergius.*

LIBER SEXTVS.

De Gallia Antiqua.

ROMANORVM, atque Græcorum terror Gallia, & cuius incolæ nihil aliud reformidarunt quàm ne cælum in ipſos rueret, huic libro materiam ſufficiet.

CAPVT PRIMVM.

De Gallia in communi.

HIc agemus de Nomine Galliæ, Quantitate, Qualitate, Moribus, Mercibus, Linguâ, Religione, Politiâ, primâ denique eius diuiſione.

§. 1. *Nomen Galliæ.*

PRÆTERMITTO hîc quæ habet fabuloſa Robertus Cænalis, dum *Gallos* deducit à voce Armeniacâ *Gallim* quæ *inundationem* ſonat: & dictum eſſe putat Noëmum *Gallum* quaſi *ab inundatione ſeruatum.* Certè Xenophon in æquiuocis ait atauum Nini à Babyloniis Gallum appellari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN